

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Sectio 13

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

praxin sincere penitentibus ob oculos clarissime ponendum
 putabit. fide itaq; in christum solida firmata nostra Me-
 taneo Candidatus de exoptatissima sui cum deo reconci-
 liatione nullus dubitabit certificationem, Apostoli ore fan-
 to vere commendatam concipientis gaudiumq; spiritus sancti
 virtute pectori suo imprimens, omnem omnino Congipime
 superari hominum profane doctorum ex liberis amario-
 ribus voluptatem. quid, quod anima inestimabili; illo fidei
 dono praedita, eamini adversus omnis generis hostes au-
 xilium praesidiumq; consequatur, omnemq; mundi vincere
 amorem et affectum valeat: haec est victoria, quae vincit
 mundum, 1. Jo. 5. et nos, inquit S. Joannes Apostolus, ut
 proin litterari fidele, demoni fortiter resistendo, mundi
 constanter contemnendo, propriaq; vincendo cupiditates,
 gloriosissimas de visibilibus et invisibilibus hostibus
 victorias reportare possint.

Sectio 13.

Morum emendatio corruptissimorum
 Domusq; reformatio interioris. nec non
 sollicita pernitiosorum Relapsuum
 fuga.

Quandoquidem vero Difficile omnino 1. Jo. 5. Au-
 gustino exente, ut male videtur, qui bene credit, hinc
 S. August. Liberatum ad Deum vere conversum, atq; celesti illo
sem. 237. praedictum dono, cura versabit, atq; cogitatio, continua
de temp. qua ratione Vita Morumq; integritatem conse-
quendo, et custodiendo, arborem quodammodo spiri-
tualium referre queat, in quam omnigena virtutes
in se, magis magisque pullulent, vireantq; dulcissimi
fidei sacrificia fructus. Maximum cum primis studium
in evitandis pernitiosis illis scopulis, uter S. Metaneo
profelytus impendit, in quos gravissimo suo malo fre-
quenter illi impetere, qui non satis providam in pra-
caevendo Relapsu curam adhibuerit, neq; a peccato
Eccl. 21. Cult sapiens, monuit velut a facie colubis, sibi ca-
 * quanti faciendum est propositum cavendi pecca-
 ta antehac admitta a studioso S. Metaneo, opti-
 me tradidit Xactantius l. 6. in tit. c. 24. adducit
 etiam matorum animalium exemplo, quo si
 fraude capiuntur, postmodum se aliquo tandem mo-
 do extricare ac subducere, fiunt postmodum

Cautiora vitantur semper ea omnia in quibus
 dolos insidiasque sentiant. Itaque infra brutorum
 sensum deijch videtur, qui aliquando insecti, et
 male illecti tum comperti erroris per lapsi, de-
 mo in eundem se laqueum et pedicam induunt.
 scilicet enim Simplicius in cap. 3i. Enchir. Epict.
 ait: hoc esse evidens argumentum vera pari-
 tentia; utque facilius id quisque asequatur, de-
 bere id quod navigantes faciunt, in contrariam
 transire partem.

videndum duxere. Et cum communis haec sit ecclesiastica
 ad omnes omnino mortales cohortatio: nemo nobis vitio
 vertet si eam literatis rectora meditantibus potissimum
 accomodemus, unicuique eorum dicentes: quasi a facie
 colubri fuge peccatum. Non equidem latebit doctrina
 melioris alumnos, quam multa quam gravia, a sapien-
 tia caelestis Antistitibus allata sint, qua declarent
 nihil peccato fugiendum esse magis, nihil humano ge-
 neri odiosius, detestabiliusque videri. Ut gratia superna
 virtusque, flos quidam est, pulchritudinis admiranda, ve-
 nustate sua beatiores mentes apprimè recreans, et liqui-
 da voluptate perfundens; sic vitium atque scelus huius
 abs re facti et collusio omnium turpitudinum vocabi-
 tur, quam animi rectora sapientes, cane peius et angue
 stabuant devitandam. scilicet Gregorius Nyssenus pecca-
 tum vocavit probrum, turpitudinem, insignemque defor-
 mitatem, ditque summum esse malorum, atque omni sup-
 plicio luendum, si quis relicta inexplicabili parentis
 supremi pulchritudine, sese ad monstrum illud infame
 convertat. Neque a veritatis sulco illi aberravit theo-
 sophi, qui peccatum comparaverit ulcere magno, unde
 sanies, et purulenta sordes copiose fluere, sed et
 et horribili contagione sua, caelo pariter ac terra
 nauseam maximam ingenerarent. quidni pestifera
 illa cordium humanorum lues, diti populi stygii,
 Draconis sputum, Cerberi aconitum, animi tabes, om-
 ni lepra fadior macula, ac natura universa de ho-
 nestamentum. nulli puticuli tam male olent, nulla
 tam gravis tanque impura est mephitici fons peccati
 est miseriarum uberimus, unde incommoda prope in-
 finita in humanam vitam redundant, plena sunt
 pie doctorum hominum commentationes, et referti
 libri divinitus inspirati clarissimis eius rei testi-
 monijs, ut a nemine ignorari posse videantur. plurima
 equidem suppetant exempla eorum litteratorum

Greg. Nys.
 orat. 5.
 De orat. Dom.

in quibus post bene excoltam virtutem, et insignium operum
 varietatem flagitis adluente (ut pestilente quodam fide)
 calamitosa scicita, impietas sterilitas locum invenit. Eva-
 nuus subito in ijs devotio omnis pudor perit, Numinitque
 reverentia sollicita sui cura profusus disparuit, veritas
 animi gratia derepente concidit veluti rosa, quam matutina
 pruina intercepta quam primum miseri illi vitium
 postliminio admiscere, spem omnem elidere rerum melio-
 rum, atque summo opere impedire, quod minus late fruges
 ea vitata adeo radice poruerint exoriri. Ferrunt filiani
 ovo, Cum impius idem imperium ca peperit, atque sua
 pollueret perversitate vinea peccato prodigio, post dulcem
 et jucundam vindemiam uvas acerbis in vitibus enatis epe
 nec obscure hinc quoddam collegere Regem cito, et mala
 sorte periturum: Ominosa sane res, ubi videmus aliquid
 Musarum filios, post elegantiam vite, post excoltam vir-
 tutem, solidiorem, et laudabilem operum abundantiam
 scelus admittere, et lethale peccatum. Res, inquam, ominosa
 atque exitij certo imminentis nuntia. Etiam si fructus lite-
 rarios edant, qui hominum oculis pulcherrimi et amantissi-
 mi videantur, intempestiva tamen aciditas uva, sunt non
 perseverantia, solam ruinam, sed mortem animam miseram
 pronuntiantes, nisi mature fenestra ex animo noxa pella-
 tur. quod si imprudens illi liberiones, ea recepta consue-
 tudine, vel nescis qua urgente necessitate templa fre-
 quenter, obiant aliqua pietatis opera, parum tamen
 aut nihil omnino proficiunt, nisi monstruosus nequitia,
 inque animo delitescens fetus exciatur atque elidatur. quid
 donec fucatur pietatis exercitium, nisi emeritibus et sine
 flore fructus, imo solstitialis quaedam herba, que subito
 exorta, repentino occidit? quid, nisi Mycanens ille ager,
 qui Trojans temporibus omnigena fructuum varietate
 vestitus comparuit, post vero sterili factus est, cum miri-
 ficum in modum itaruiset: qua prius erant temperata
 loca, si deinde a piccentur, deteriora fiunt, inquit Bris-
 tol. Cetero pariter ut anima gratia rore destituta, vix ulli
 fructum edere valet, vitali si ablata, atque bonarum actio-
 num succo penitus evanescente. Est omnino resalescens
 in corde liberati minus perseverantis iniquitas, miseria
 omnigena apax ac fastidium, imo fons calamitatum uberris-
 mus, unde infinita prope in vitam male-Doctorum et male-
 coctorum Doxosophorum incommoda edundant. Cacitas est
 fulgens puram animi lucem extinguens, deprimens et obnu-
 bilans animum multa cogitantem, atque gravitate sua oppri-
 mens, et terminis perfundat. Cuius periculi aleam, maxi-
 mo suo, et inmetocabili damno subeunt, quotquot vitij
 ut blandissimi Domini sese mancipaverint, usum quippe
 omnem perdentes oculorum, rectiorum cognoscendi fatalia

Soploman.
 C. 5. c. 1.

Aristot.
 Li. Meteor.
 c. 14.

tem: non videntes gratia decorem, non labem sceleris a bonis;
 nardamq; speciem: non audientes tremendi Meminis vocem,
 tonitruq; minantis, quo tremit tellus, neq; miseras ad animam
 suam revocantes, in quas veluti voragine exitiali tandem ali-
 quando sunt detrahendi. Tristissimam plane indignissimamq;
 admissantes servitutem. Una omnium sapientum vox per-
 virtutem peccati: corruptissimam esse, cum sibi et vitu-
 taminem mancipet tyrannidi, sua satq; terribina et asper-
 tino afflictioni subiciat. Significanti sime Chrysostomus,
 qui peccatum committit servus est peccati; etiam si decem
 milia coronarum habeat in capite. curis, si quis facit
 iustitiam, ipso Rege regalior est, etiam si fuerit omnium in-
 nimus. Et in eundem sensum D. Augustinus: felicior, ait,
 servitur homini, quam libidini, cum servitimo Dominatu
 vastet corda mortalium, ut alias omittam, libido ipsa
 Dominandi. Nec minus docte ejusdem augustissimi pas-
 ris Discipulus D. Prosper philosophus est, inde presertim
 hominis (liberati) ab honesto aberrantis servitutem de-
 pretians, quod non una sit, sed multiplex plane, eodem
 tempore, hinc eodem subiecto. Etiam doctus mens iugum
 peccati perpeperat, ut Prosper verissime ait:

Chrysol.
 hom. 5. de
 verb. g. g.

August.
 l. 19. de
 C. D. c. 15.

D. prosp.
 Epigram. 53.

Tot servit sceptris dedita quot vitis.

Neq; vero multiplicem tantum, verum etiam turpissima
 servitutem servire, censendi sunt flagitiosi Doctores,
 eo quod voluntarie eam subire non dubitent, velut
 egregie D. Bernardus in primo de Consideratione ad Eu-
 genium libro dedit demonstrationem: annos servus Cingit
 inter alia) cui Dominatur iniquitas? A maxime. Nipite
 forte indignus iures hominem tibi, quam vitum Domina-
 ri. quid interest volens servias an invitus? nam et si co-
 acta servitus miserabilior, sed affectata mischior. Tur-
 pissima licet ac foedissima habeatur mancipatio enegumeni
 ad inhabitantem sathanam. Tolerabilis attamen ea est pro
 servitute peccatoris obdurati, uti praclare et ex instituto
 D. Chrysostomus ostendit. Vinculationem nimirum ea man-
 cipatio, Diabolica longe acerbiora habet firmitatem, qua
 alter Chrysostomus, cui alias Dionis nomen, insigni et me-
 morabili loco demonstravit. alloquens enim iactantes
 libertatem, quod legibus suis, et non alienis viverent.
Vos (inquit) multo magis admire miserorq; ob diffi-
 cilem atq; iniquam servitutem, qua a vobis ipsis copulati
 detinetur, non uno solum vinculo, neq; duobus, sed sexcen-
 tis circumdati, a quibus strangulamini, et suspicamini multo
 magis, quam qui catenis ac numellis aut compedibus tehan-
 tur. illi enim possunt dimitti, aut abscipi vinculis effe-

Joan. Chryf.
 hom. 41.
 in act. Ap.

Dio Chryf.
 orat. 80.

gere; vos autem indies magis vincula corroboratis, atq; plura
ac fortiora efficitis. Et mox illustripine: si omnes vellent
carceres atq; vincula dicere mortalium atq; miserorum ho-
minum, quibus sua inclusi opera tenentur, annon valde
scurus, atq; per seipsum vobis poeta videret, in proprijs tra-
gadias faciens calamitatibus? non enim solum, ut qui a
vobis censentur malefici Ch. e. omnis generis peccatores,
constringuntur collo, et manibus pedibusq; verum etiam
ventre atq; alijs partibus, quae proprio vinculo atq; ob-
ligatione comprehensa. prolixior iste Dionis locus est,
de ea vinculatione, et compedibus agens, quam ut in-
teger adscribi queat. Minime vero praeterenda est
sanctioris illius, et christiani chryostomi disputatio, qua
vitio sedentem hominem beatis, et demonibus peccatum
effici demonstravit: quamvis Cingit, quispian locuples
sit, quamvis generosus, est tamen inter abiectos abiectis-
simus, cum a peccato vincitur. quemadmodum enim si
Rea quispian barbarorum servus fiat omnium est
miserimus, sic qui in peccato vivit: barbarum namq;
peccatum est, quod cum animam semel captam, ita ut
contra persuaderi nesciat, in suis sedibus demerit, sub
tyrannidem redigit. nihil enim tam praeter rationem
est quam peccatum. nihil tam stultum, nihil tam
fatum, nihil tam vehementer, omnia confundit, evertit,
perdit. quocumq; incidit, visu recundum est grave, me-
rosum. quod si quis pictor effingeret, non sane mihi
errare videretur, si in hunc modum id pingere: fo-
minam quandam in fera similitudinem, barbaram,
ignem efflantem, horrendam, nigram, quales caeteri
poetae scyllas effingunt. innumeris enim manibus nostris
invidiatur cogitationibus, et inopinantes aggreditur. omnia
dilacerat more canum, clanculum mordentium. vel potius
quid vobis pictura opus est. cum liceat eos, qui in peccatis
vivunt in apertum adducere? quem igitur vultis priori
loco pingamus? num cupidum, et rapacem hominem? et
quidnam illorum oculis impudentius? quid pervicacius?
quid cani similis? neq; enim tam impudens canis visus
est quam hic, cum undiq; omnia diripit. quid huius
manibus sceleratius? quid huius ore magis temerarium, cum
omnia devorat neq; satiatur? necdum sufficienter
expressam chryostomus existimavit malitiae insones.

Joa. Chry.
hom. 9. in
i. ad Cor.

labem, cum hominem infra bruta peccando demitti edi-
 xisset. addidit ulterius Hominem delinquendo in Da-
monem transformari, en verba: Siquis autem eiusmodi
 hominum mentem investigaret, non iam feras duntaxat, sed
 et demones appellandos duceret. quippe qui incredibilibus
 pleni sunt immanitatis, pleni in consensos odij, neq; hominu
 pudor, nulla misericordia, nulla humanitas. sed impudentia
 temeritas, futurorum omnium contemptus, et quae de fu-
 turo iudicio dicta sunt fabulas arbitrantur, et minas illas
 ejus ducunt. Eandemq; peccatoris in demonem trans-
 formationem confirmat Caesarius: multi demonem
Cingit in corpore alieno formidant, in suo corde dissi-
mulant, omnis enim qui superbiam diligit diabolo plenus
est. Et si cum superbia invidiam habere voluerit, duobus
demonibus subditus erit. et si cum invidia etiam adul-
terium fecerit, a tribus demonibus possidetur. Et si cu-
his malis mendacium amare voluerit, ab integra quad-
riga demonum subjugatur et premitur. Nam quot vitia
habuerit homo, tot habet demones. Neq; vero omnis
anime labes geminam eum miseriam habet finiti-
nam (quod scilicet hominem in bestiam atq; demonem
commutat) sed quae atrocior, et peccandi consuetudine
firmatior, quaeq; ipsa more improbitate, in delinquen-
do quasi obduxit callem. Grande profecto malum con-
suetudo peccandi, a qua pudor ingens, infaminq; tabes
et totius vita corruptio pestilentissima enascitur. Dixe-
ris, inde phthisia in quandam in moribus gigni, inhi-
moq; in animo, eum ea miseri illi sustineant, qualia
praecclare observante Casiodoro, solent exanimata
cadavera pati. siquidem et ipsi sanie, et putore toti
effluant, labemq; fatalem circumferant. quid quod
interdum sanctissimi luminis providentia factum
est, ut ad puniendam, scelestissimorum hominum im-
probitatem, et documentum omnium, fector ingens
ab animo in corpus etiam dimanaret. veluti in
Hebraeis evenisse constat, post immane illud parrici-
dium, et incensurabilem audaciam, qua Messias regio
sui, et salvatoris vitam prodiderunt. ab eo enim
tempore multos annos sanctus fector e putidis, et
abominandis eorum corporibus exibat, ut fado illo
iudicio ab omnibus cognoscerentur, et velut humani
generis pestes fugerentur ab omnibus, ut merito primo
iure nobilis apud Romanos porta, Judaeos censue-
rit appellandos fectores. Taceo alia gravissima
et incurabilia plane peccantium mala, corporis.

Casar.
 Rom. 16.

Casiod.
 in p. 37.

aque per dentia ac animam, atq; extremam mentis ve-
cordiam secum trahentia. Tanti negligentibus enim sunt
mortalium plurimi tamq; nihil miseret sui, ut malum,
quod alioqui discutere et curare celeriter oportisset,
serpere in sensus et augeri sinant, ut tandem fiat imma-
dicabile. Hinc illa frequentes prophetarum lacrymae, hinc
Elegia et miserationes quibus miseriam delinquentium
conditionem sunt prosequuti. Isa. in primis: vultus et li-

Isa. i. 6. vor et plaga tumens, non est circumligata, nec curata.
medicamine, neq; fota oleo. personat et foetis, incredi-
biliter mirantis, reiq; indignitatem. abominantis gravi-
sima vox: computruerunt iumenta in stercore suo; evi-

Joel. i. 17. Dentipime explicans eum animo. Statum qui a scientia
omnium iudicio, nullam non (etiam deploratissima)
excedit calamitatem.

Est igitur ut liberati sincere penitentes in
hoc mentem suam curamq; omnem. studiosius intendat,
ut a vitio execrabili, omniq; animi voluntaria labe
vivant immunes, a peccato (ut supra sapiens monuit)
velut a facie colubis summasperis sibi caventes: pro-
fertim cum nihil facilius sit corrupta, imo postea
per lapsum natura nostra, quam labi relabiq; in
peccatum, atq; offendere. Sapienter equidem ante lau-
datus, nec satis unquam laudandus Chrysostomus ani-
mao veritate in nobis magnam quandam celeremq; in-
clinationem, et deorsum ferens pondus ad lapsum, et
peccatum, propter quod etiam S. Paulus exhortatur, cum
ait se reformidare, ne cum alijs predicaverit, ipse pro-
bus fiat, et ei qui stare se optinetur, omni ratione provi-
dendum, ne cadat. Cum itaq; mutabilis adeo, et imbecilla
mortalium voluntas sit, ut nihil tam promptum magis
atq; facile, quam induere se in laqueos, et peccare.
Quod cum animo suo perpendens sanctus Gregorius
Nazianzenus, natura in vitium proclivi omne malum
existimasit adscribendum, inq; hincq; liberatis cum primis
hominibus ad malum cursus pateat atq; vita eorum
unda celerrime in peccati labenti exactissime res-
pondeat, nec non festuca sit similis, quae ad scintilla
et verbum exiguum facillime succenditur. Hinc sollicite
illis vigilandum, cavendumq; est, ne a peccato velut ser-
pente truculentissimo postliminio cadantur, neve de-
linquendi libidine abrepti occidantur ex sano mentis
doctrinaq; hominibus, tandem in bestia, et deterrimos
demonas degenerent.

Chrysost.
c. 2. De
compunct.